

clauso; modo, quod docet Gloss. in leg. prima, §. primo. ff. de iur. actaque priu. tradit. Curt. iun. tractat. de testibus concl. 27.

Quinimo nec obiectiones factae contra maritum adulteratum, tendunt ad negandum delictum, si bene ponderentur; sed ad reuerendam culpam adulterij commissi super ipso marito, ut in longa manuscripta recitata oratione, siue responsione ad interrogata in processu. Rebores tunc hanc re accusationem, siue pessimam attem transferendi crimen proprium in alium, translationem appellant, auctor ad Herenn. libro secundo, versicul. translatio criminis. Nostri 18 tunc verò hanc eandem artem detestantes Ius versutum nominauerunt. Et enim indignum, ut praestigia versuti iuris excludant vitionem pudoris, dixit text. in terminis aduersus hanc artem, in leg. ita pudor in fin. Cod. de adulter. Boeri. in addit. ad Dyn. regula in pari causa, littera C. sub numero sexto, de regul. iur. Boss. titulo de confess. sub numer. 42. Text. in leg. neganda, Cod. qui accusat. non poss. quem citat Crauet. consilio 53. numero quart. Et est. text. in leg. qui cum maior. §. idem puto, ibi, & si ab eo petitus, ff. de bon. lib.

Obiurgantur ergo isti sic reperti in fragranti, dum conantur omnem reatus sui culpam in maritum vertere tanquam in lenonem. Nam praeter id, quod verba eiusdem, ut supra relata, *Che vuole usare ogni stratagemma, &c.* auertere poterant amicum hunc non solum a facinore, sed ab illa mala persuasione per eum concepta ex benigna, facili, & credula mariti natura, sub qua sibi licitum fore putauit adulter alterius domum ingredi, & ibidem hostio clauso tractare cum aliena vxore ea, quae concorditer pari voto, & minime amborum penitus discrepante, solum cum sola interiori Thalamo per tractasse confabulantur, translatio haec magis, atque magis adulterantes grauat, tantum abest vt eos defendat. Ab antiquis exempla petamus.

19 Menelaus tunc Troianum Paridem hospitio susceptum non solum benignè exponitur expulisse, sed peregrè profecturus vxori suae Helenae illum per haec verba comendasse ferunt.

Curam pro nobis hospitii vxor habe.

20 Adulter ille tunc amicitiae contaminato foedere, mariti humanitatem subrisit, ac peruerso, & animo conuinquinato commendationem in peruersum vertit sensum; commoditateque ob mariti absentiam ratus, adulterium Helenae suavit in haec verba.

Negligens absentis, restor, mandata mariti,

Cura tibi non est hospitii vlla tui.

Sicque mulierem induxit ad credendum: Menelaum proprij thori violationem gratam habiturum, sicque Leocinij officio functum esse subdens.

Sed tibi hoc suadet rebus, non voce maritus:

Ne ve sui furtis hospitii obijet, abest.

Penes eius manibus ad te deduxit amantem:

Vtere mandantis simplicitate viri.

Exitus acta probauit; nam Menelaus honoris proprij non obitus, vitam omni periculo exposuit, Armis commendationis sensum aperuit, istoque Dei iudicio Troiam euerit, tunc & iniuriam vltus est: exemplum hoc auertere poterat amicum hunc, comit et susceptum, ne in malam partem beneuolentiam, & facilitatem mariti interpretaretur, prout interpretatus est, ut in reflexione proprij criminis late defendit, cum imitans inter ipsos amicitiae vinculis mutuis ab vtraque parte interuenientibus donis, ausus est argumentari, propterea praedictum maritum oblectari, ut illo absente licite clausulo ostio in ipsius domo, & interiori parte vna cum eius vxore fabulari posset. Et tanto minus id argumentari, aut praesumere debuerat, eo quia praemonitus de contraria voluntate eiusdem mariti, cauendum erat; Or, postquam excusationem aliquam nec etiam verisimilem habuit, nec innocentiae signum demonstrare, se se vertit ad legum subtilitatem, & quidem perniciosam, cum alioquin tunc simplicitas soleat esse legibus amica, magis quam hic marito sue rit, §. ceterum, insit. de legit. agn. success. Non potuit (ait) maritus adulterum, & adulteram simul repertos, vno, & eodem ictu accusare.

22 dem perniciosam, cum alioquin tunc simplicitas soleat esse legibus amica, magis quam hic marito sue rit, §. ceterum, insit. de legit. agn. success. Non potuit (ait) maritus adulterum, & adulteram simul repertos, vno, & eodem ictu accusare.

23 Nec enim tunc ordolis hoc patitur, adducit Text. in leg.

Reos, C. de adult. Dubitati magis ad propositum poteterat, verum marito licitum fuisse eosdem, vno & eodem ictu transfigere, ad Gloss. 11. quaest. quinta, capitul. Statuit, & per Augustinum ad Angelum in verbo, & Andream, in princip. per Ludouicum Roma. Sing. 276. & ibi apostill. ad finem. Respondetur, maritum simplicem, omnium rerum ignarum & adeo simplicem, ut iam deditus est, in facti ab eo reperti narratione, minime se restrinxisse ad aliquam certam penam contra sic per eum repertos: sed narrato facto postulasse, *Che da V. s. misia prouisto di ragione.* Quae verba sonant, sibi ius, & iustitiam ministrari, &c. Ea propter Perillustri Dn. accersitus Iudex ordinem dictae legis Reos, minime violando, primo cognouit, & expeditur adulteri causam, at nunc 25 & secundo expeditur est adulteram. tunc Talia namque verba ius, & iustitiam ministrari operantur hoc, & alia multa, de quibus per Iasonem in §. omnium, numer. 149. & 165. Instituit. per Alexand. ferè in terminis, consilio 189. sub numero 11. versicul. Ego etiam si filij Domini Nicolai, volum. 6. late per Angelum Aret. Rubrica de exceptionibus a num. 30. cum sequentibus, ac alibi passim.

26 Responderetur, quod tunc cum per consuetudinem generalem recessum sit ab ordine legum illarum, Caetarum, & Imperatorum, & in omnibus, ac in quibuscunque delictis hodie procedatur, tam per Inquisitionem, quam per querelam, & accusationem, imò tunc accusatio ab Aula recessit, & inquisitio cuiusque accusationi praevalet, attestatur Clarus in §. finali, quaestione tertia per totum, & maxime, versic. Sed quicquid sit, &c. Non est deputandum super ordine dictae legis, Reos, quae lex insitit super accusationibus, non autem super inquisitione, in qua communiter hodie versamur, loquiturque respectu cumulationum, quae fieri possunt in accusando, sed haec raro, vel nunquam contingunt in practica, ex mente Alberici relati ab eodem Claro, in d. §. fin. quaest. 2. in fine.

Aduocati namque (ait) nolentes intricare processum, communiter procedunt in prima causa, & ea expedita proponunt ea, quae volunt in secunda causa; sicque praticauit Perillust. Dn. Auditor noster. Faciunt tradita per eundem Ang. Aret. in §. fin. instituit. de interd. vbi ait, de ordine, & veteri exitu interdictionum superfluum est hodie dicere. Ideoque de iusto ordine non est quid amplius dicatur.

28 Tertio confunditur dicta tunc lex Reos ac aliae similes leges loquentes stantibus ordinibus Ducalibus capitul. 49. Tit. De argumentar, & dimittit lepepe; Quibus cauetur; *Che in tutti li sopradetti, & altri casi, che possono occorrere, & non compresi in questi bandi, & altri, si castigaranno;* Subdens; *Et in somma di ogni atto, che offendesse, o potesse offendere l'huomo nella persona, o nell'honore;* Per quae veritatis constat in omni actu, per quo offendatur queliber persona in honore, voluisse dictas Constitutiones procedi posse, absque aliqua distinctione; Imò addit; *Et in tutti li detti casi, o ciam di essi (intelligendo de casibus tam non expressis, quae expressis) si procederà indifferente mente a querela, denontia, ouero ex officio; per Inquisitione, per Constituiti, per Confessione, per per cetti penali, simul, & diuisiim &c.* Adeo quod nec etiam 29 excludatur tunc simul & diuisiim in hoc crimine procedi possit; Et enim delictum istud, quod offendit, & offendere potest hominem in persona, & honore, sic includitur in dictis ordinibus; Et vtiq; cum hic tractemus de delictis probatis, non de legum moribus, ut est dictum Aui. Gelij Noct. Attic. libr. 14. cap. 2. similes obiectiones non sunt habendae in consideratione.

Iterum, & secundo, ut euadat consociam, absoluto, inquit, Adultero, necessariò sequitur, & Adulteram absolutam fore; Nulla maior est probatio, quod isti in simul comperti, adulterati sint, quam haec propositio; in qua haec propositio? in qua apertis dentibus sic excipiendo fatentur; Sed respondetur, hoc argumentum procedere, si absolutus fuisset simpliciter Adulter, Quia nec etiam tunc rectè, aut ritè dici possent Adulter, sed imputatus de adulterio; At postquam non absolutè, sed rebus stantibus absolutus est, non habet locum argumentum, siue consequentia; ad eundem Clar. in dict. §. fin. quaest. 62. versicul. forma autem &c. Et

vtiq; illa clausula (rebus stantibus) non fuit inserta in iactata absolute, vel quia non adessent inditia, vel quia non sit 30 probatum adulterium, tunc quod confiteretur haec ipsa propositio; Ridiculum enim foret dicere, adulterum absolutum fuisse, rebus stantibus, eò quia non adessent contra eum inditia sufficientia; postquam minime negant Doctores, si ageretur ciuilitè, quin condemnari possent, ut conuicti, per Crauet. d. consil. 205; Alexand. d. consil. 189. numer. 10. volum. 6. & late dixi supra; quia stantibus tot, & tantis argumentis, adulterium hoc per argumenta, & praesumptiones praemissas terminari, & puniri potuit, per text. ad hoc communiter allegatum in l. non omne, §. a barbaris, ibi, & si de hoc liquiddè probari non possit, argumentis tamen cognoscendum est, ff. de rem. 31 lit. In tunc his enim, quae sunt admodum committi non possent, ut in confirmatione adulterij, sufficiunt coniecturae, late per Alex. consil. 9. num. 2. vol. 2. ac alibi passim; Quid plura? Haec propositio, ut absolute Adulterio trahatur absolute ad Adulteram, omni in casu locum habere non potest, nisi in crimine adulterij, cum in ceteris delictis hoc esse non possit; Nam 32 tunc in alijs, quae non committuntur sine locijs, prout est delictum hoc, (quod credo sine socio committi non posse) certè nunquam absolute vnus prodest alteri, videmus enim in duobus, vel pluribus « eis de eodem delicto imputatis, quod praesenti & constituto nunquam publicantur processus, nisi prius expedita absentis causa, qua expedita, & ipso absente condemnato, non propterea, casu quo praesens, & constitutus absoluitur, talis absolute prodest absenti socio, ex eodè Claro (quem sine tot Farmacijs solutus sum isus) per Claro inquam, in d. §. fi. q. 49. vers. sed pone: Itaque sic obijcendo, quod absolute Adultero sit etiam absolute Adultera, necesse fario, verius sequitur, quod si proponens tale crimen fateatur, (non enim si excipiendo vtiq; cautela ab eodem Claro tradita in dict. §. fin. quaestio. 21. versic. in hoc autem proposito, & de qua per Iasonem in §. si quis il secund. numer. 28. Instit. de act. sed modo, quo tollitur Articulus, quod duo ab vno eodem tempore accusari non possint de hoc crimine, illo, eodem modo tollitur haec difficultas, stantibus ordinibus, ut supra diffusè recitatis; Non enim hic sumus in duobus, aut pluribus accusatoribus, sed in delicto, pro quo tum de consuetudine, tum vigore dictorum ordinum procedi potest etiam per Inquisitionem, prout hodie semper proceditur, ut dixi; Et text. in l. denunciat. §. quaeritur an alius, ff. de adult. à quo sumptum est argumentum, fundatur, quia ambo simul postulare illo iure attento non poterant, & ideo ibi querebatur; An alius Adulterum, alius Adulteram postulare possit? Et subdit text. non ab re, idest sine dubio tali modo hos Adulteros accusari, sed expectabit (inquit) mulier antequam defendat causam suam, tententiam de Adultero latam; At in practica nostra, pro qua in distinctè proceditur per Inquisitionem, ut dixi, causam in d. §. quaeritur, non admittit, quia nec casus euenire potest; Nam si procedatur contra duos eiusdè criminis reos, & coram duobus Iudicibus; aut tales duo Iudices sunt sub vno, & eodem Domino, & Praeside, & tunc non creantur duo Iudices, ut in d. §. quaeritur, sed ambo ab vno tantum Iudice iudicantur, quia remittuntur in hoc casu, docet idem Clar. in d. §. fin. quaest. 38. versicul. hoc tamen &c. Aut tales duo Iudices non sunt sub eodem Domino, & tunc esse non potest, ut vno ex dictis Reis absolute, alter intelligatur absolute, ut in hoc casu praetentur, quia nec absolute nec condemnatio facta ab vno istorum Iudicum Dominorù omnino separatorum fidem facit coram alio Iudice, ut per eundem Clarum in d. §. fin. quaest. 54. versic. fin. Et propterea 33 hinc dignoscitur, quod his temporibus tunc continentiae causerum non diuiduntur, & obijcere talia est quodammodo uisitare, & adolentes Iudices, à quibus semper cauendum est, si fieri possent (sed haec fecerit temporum isti praesentur, scientes autem, & consumati postpenentur) decipere, hoc est, frustra laborare, & ideo tunc lex illa denunciat, §. quaeritur, secundum sua tempora procedere poterat, & in proverbio, *Al tempo delle due Braghette;* quando ut idem, *dua braghet* te accusare poterant, id quod vni soli prohibitum errat, sed hodie difficile, imò impossibile foret, secundum illam, legè 35 practicare, & minus obtinere, sic et dicimus, quod tunc in Cri-

minibus vtiq; foro communibus processus factus à Iudice Ecclesiastico non attenditur à seculari, nec è contra: idem Clar. in d. §. fin. quaest. 36. in fine. Bene verum est, quod qui taliter excipit, ut dixi supra, delictum fatetur quia quicquid sit in his violentis praesumptionibus, ut in hoc casu, quibus iudicij vt supra iunctis si resultat plena probatio, licet super eis non possit certa dari doctrina, ut per Abb. in cap. quanto sub num. 3. de testibus. Negari quidem non potest in hoc casu, quin emergant inditia, licet sine tortura, aut alia condemnationem minime facta, absolute latus fuerit, rebus stantibus &c. est enim saltem ciuilitè conuictus de adulterio vt supra. Nec credendum est, Perillustrem D. Iudicem integerrimum, & expertum, motum esse ad sic absolendum eo quia non crederet hunc non esse de adulterio etiam grauitè inditatum criminaliter agendo, quia talis error in viro isto abest, sed necessaridè intelligere debemus, taliter, & tali modo, rebus stantibus, pronunciasse, eò quia Adulter ex in officio Sereniss. Domini nostri, Quo durante tunc accusari de hoc crimine non potuit; Quo etiam delicto plenè probato, non propterea dicto officio priuandus foret, prout videmus illum nihilominus in eius officio perseverare, sic tradit Bart. in l. 2. §. si publico num. 14. ff. de Adult. diffusè Clar. in d. §. fin. quaest. 16. versic. 37 praeterea &c. Cum itaque tunc hoc non sit crimen, pro quo veniat officio priuandus, rectè, & ritè sub tali clausula rebus stantibus absolute fuit, non remouet tamen illa clausula, rebus stantibus, quin finito officio in iudicatu iterum accusari, & puniri possit, quia Res non sic stabunt, idest officium non durabit; Quae clausula etiam si in sententia apposita non foret, tamen subintelligeretur, ut per Bald. in l. fin. sub num. 3. vers. 7. inest conditio, C. de non num. pecunia, late Marfil rub. de fideiuss. nu. 151. cum similib. Decreueram ob reuerentia, qua uti debeo officiali, euitare notionè istius delinquentis eo quia nominatio haec fieri debet vt in patrono, & suo veris temperatis ad euitandam eius infamiam, ut sic sicut fieri debet, docuit Angel. Aret. in §. 1. num. 19. Instit. de except. l. per infamem, ff. de pub. iud. timebamque penam in dictis ordinibus ducalibus capit. 46. *Che si debba parlare modestamente;* sed cum officium saltem in genere exprimentum sit, vt sciatur causa, cur absolute fuerit, rebus stantibus, &c. & sic vilitas causae hoc poscat; sub silentio talis officii pertransire non potuit, ut est text. in l. non quicquid C. de postulat. quem text. in proposito allegat. Surdus Decis. 89. num. 24. in fin. argumento in auth. hodie §. patroni C. de Iud.

39 Secundo Respondetur, quod cum tunc crimen Adulterij iam non sit publicum, statuto nostro Pallaucino 41. lib. 2. fed priuatum, Clar. in d. §. Adulterium, vers. est autem hodie &c. respectu interesse publici verum esse potest, vt absolute Adultero intelligatur, & absolute adultera d. §. Quaeritur. 40 spectum interesse priuati, & sic mariti, tunc cuius principaliter interest adulterium factum non esse; non procedit argumentum. Ad Bart. in l. preter edixit §. 1. ff. de iniur. sequitur Abb. in cap. de causis num. 15 de offic. deleg. & ibi Dec. numer. 91. Quinimò in hoc ca u, dato quod non ad fuissent inditia sufficientia non obstante tali clausula, Rebus stantibus, illis quandoq; apparentibus respectu dicti priuati interesse, & mariti, de nouo inquiri, & condemnari potest ita Aug. ad Ang. d. Tract. de malef. verb. *Che hai adulterata la mia donna.* nu. 41 41. Demum d. officiali tunc allegante se absolutum fuisse, iterum atque iterum fatetur delictum, pro quo absolute fuit; Non vidit tamen acta per eum super eam tali exceptione facta, sed solum quasdam iurium allegationes; Quia si vidisset acta, melius fundare possem hanc intentionem, ad trad. communiter Doctores in l. decem ff. de verb. obli. sed certè quicquid sit, stante praua consuetudine, de qua per Clar. in d. §. Adulterium vers. sed quaeritur, &c. & per Crauet. consil. 137. Quod consilium multum fauet Adulteris, non solum vana fuisset haec absolute, quae finaliter nil ualet, sed vana querela, siue denuntia, vanaque inquisitio. & frustra scripti sunt processus; quibus praetis nulli commodum enit nisi burfa- 42 le ipsi Actuarijs, Ideo huic marito dici potest, f. ultra tunc expectatus casus, cuius nihil operatur euentus, & habetur in l. aliquando §. ff. ad Velleian. cum in hoc casu non sit processum nec definitum negotium per uiam merè iustitiae, sed absolute

tio facta sit rebus stantibus, finitoque officio accusatio profes-
qui poterit, ad eundem Clar. in d. §. fin. quæst. 57. uerf. habet
etiam locum.

43 Obligitur & tertio, Non constare de matrimonio inter ma-
ritum hunc, & Adulteram, poterat si etiam obijci non con-
stare de delicto; Quia t̄ sic non est nupta, Adulterium cum
isto soluto, & sine vxore committi non potuit; verum quia
authoritates super isto puncto eleuata, loquuntur sine dubio
ante Sacr. Concilium Tridentinum sessione 24. De reforma-
44 tione matrimonij, capit. 1. cum t̄ hodie matrimonia non pos-
sint inter christianos fieri, nisi publicè, notoriè, & in faciem
ecclesiæ; Tale notorium sufficit allegasse, vltra quod omnes
rectes examinati firmant hanc mulierem fore, & esse d. mari-
ti vxorem; adeo quod similes cauillationes, & alia quæ con-
gerit Dec. in conf. 162. hodie nil valent. Cessat etiam, quod
non sit probata fama talis Adulterij, & utinam pro seruitio
amborum non esset plusquam probata; Maiores enim quan-
cunque alia fama sunt defensionis prædicti Adulterij factæ,
ut dixi supra ad excludendam panam, non delictum, cum
quibus probationibus multum bene lauauit camisiam huic
Amasiam suam, sed demonstrando eandem non solum meretricem,
sed publicam, tales defensiones non tidi, nec uidere curaui,
quia tangunt, ut audio, & Presbytereos, & Fratres, &
Monachos, quos omnes Deus benedicat.

Sed quia post talia lauamenta nititur amicus illa ad nihilū
reducere, eo quia excipiendo (ait) sic probauerit; Quibus
exceptionibus stantibus non propterea intellexit Amasiam pu-
niri. ad Bartol. in l. 2. §. si publ. ff. de Adultr. per Ang. Aret. in
d. §. 1. sub num. 26. uerf. uideamus nunc an crimen deductum
per viam exceptionis, &c. Instit. de except. cum similib. Re-
medium est, quod interim per maritum reproducantur ista
lauamenta, & quod eorum vigorem procedatur contra ipsam
45 ad pœnas t̄ iuris, & ad dotis amissionem, seruando ea,
quæ ponit Bart. in d. §. si publ. num. 20. & melius per Clarum
d. §. fin. q. 19. & quæst. 53. uerf. dixi etiam ad fin. cum referua-
tione agendi criminaliter suis loco, & tempore, qui iudex
46 eandem condemnare poterit t̄ in amissionem dictæ dotis t̄
de iure Ciuili, quam Canonico, Clar. in d. §. Adulterium uerf.
& scias quod hoc casu &c. per Petrum de Gherard. sing. 48.
per l. ex confensu, C. de repud. cum vulg. Et cum iam d. mu-
46 lier probata sit in dictis lauamentis publica t̄ meretrix, eius
maritus iam nunc poterit eidem denegare alimenta, & ean-
dem propria autoritate exemplare, Clar. ubi supra uerf. Alia
quoque, ibi, quinimo si crimen est notorium: A talibus ergo
commertijs, amicitijs, Colloquijs, & solitarijs Tractatibus,
ostio clauso licet sub meridie, & licet masculus & femina nu-
di non sint, libera nos Domine: Nam nec in minimijs, &
scenicis nugationibus, Adulteria, & matrimonia consumun-

tur, sed per acta, a spectatoribus subintelliguntur: finito itaq;
officio prosequi poterit processus iste, & non obstant pra-
48 ua consuetudine, t̄ quod hodie impunita euadant Adulteria,
non est tamen viqueaque vera talis consuetudo, cum sal-
tem ex quod sumus in prohibitis, stantibus uerbis ut supra re-
citatis in ordinibus suæ celsitudinis, ex quo homo reperitur
offensus in honore, poterit procedi etiam si nulla pœna foret
pro Adulterio imposta, per tex. in l. nemo Martyres, C. de
Sac. Sanct. Eccles. quem tex. in proposito citat Beilon. consilio
49 43. num. 13. Imò ex quo Adulterium est t̄ nomen criminis
etiam si priuatum sit, ipso marito amplius non prosequente ex
officio procedi poterit, licet imposta non reperiat in dictis
ordinibus pœna corporalis, nec pecuniaria, extraordinarie ta-
men puniri possit; Idem Clar. in d. §. fin. quæst. 17. uerf. post
med. Nec est uerum, ut dixi, quod indistinctè praua consue-
50 tudo seruatur, nam ad t̄ hoc ut indistinctè seruatur consuetu-
do, oportet, quod omnes tali consuetudini consentiant; At
nulli maritorum certè placet, ut credo; Dixerit quicquid vo-
luerit ille Paris, quia credo multo plures esse maritos, quibus
dupliciter talis consuetudo, quam Adulteros, quibus illa pla-
cet; sed ut dixi, non est indistinctè uera, ut per Menoch. d.
tract. de arb. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 98. num. 25. & aperta est
51 decisio Gram. 31. uerum non esse quod adultera non punian-
tur, sic etiam dicimus t̄ vxorem non posse puniri crimine ex-
pilatæ hereditatis, Idem Menoch. loco citato casu 300. in fi.
& tamen legitur vxorem pro tali crimine fuisse tortam, &
pro furto condemnatam, Sar. decis. 61. nu. 16.

Sed de his hæcenus: Reuertamur omnes unde discessi-
mus; Reuertatur hic adulter ad patriam suam Bon... Reuert-
tatur ista mulier ad reiratas, Reuertor ego ad labores, à qui-
bus hic scribendo paululum me retraxi, quod aliquando lice-
re uoluit ex mente aliorum, Menoch. sæpe citato tractatu de
arb. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 78. in fi. ficuti, & Mars, & Venus
postquam nullo modo adulterium celare potuerunt, Vulcano
precibus Neptuni deuictus, postquam uincula soluit, ut ce-
cinit Idè Poeta, Mars patriam Creten. Venus reuifit Paphon.
Non uultus te xisse suos, non denique possunt
Patribus obscenis opposuisse manus.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora; Mars Creten, occupat illa Paphon.

Et ut perfectum finem habeat hæc fabula, quia congruit
in ultimo actu ipsum matrum in scena cum ceteris stare, ut
omnes sic reuertantur, & ut talis reuersio, unde discessimus
omnes ut supra fiat, sit certus maritus ipse, profecisse in tali
querela eo modo, quo profuit Vulcano Adulterij prædictum
promulgasse, unde sequitur.

Hoc tibi profecit Vulcane, quod antè tegebant,
Libentius faciunt, & pudor omnis abest.



§. ASSASSINIVM.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Quis dicatur assassinus in materia capit. primi de homicidio, in 6.
- 2 Et an ad hoc, ut quis dicatur assassinus, requiratur, quod cõstat occisum fuisse Christianum.
- 3 Et an episcopus assassinus comprehendatur in dispositione di-cti cap. primi.
- 4 Quæ sit pœna assassini.
- 5 Et an assassinus sit tutus immunitate Ecclesiæ, si ad eam con-fugiat.
- 6 Et in crimine assassini requirantur plenæ probationes utin alijs criminibus.
- 7 Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiamsi non sit secu-tus effectus.
- 8 Et an Clericus assassinus possit puniri a iudice laico. Remissi-ue.

Ex Additionibus.

- 1 Assassini qui dicantur, & unde effluxerint.
- 2 Assassinium an committat vulnerans pro pecunia non secu-ta morte.
- 3 Assassinium quomodo probetur.
- 4 Pirata non dicitur assassinus.
- 5 Assassinus non est propriam iniuriam uiscens, socijs pecu-nia conductis.
- 6 Assassinium non inducitur ex generali, & incerta promif-sione.
- 7 Assassinus non dicitur delinquens spe, vel gratia sine prom-issione.

A D D I T I O N E S.
Ad §. Assassinium.

Assassinus ille est. Adde assassini qui & unde fluxerunt, ut per Iacob. Menoch. Tract. de arbit. iud. cas. 360. nu. 41.

pract. Carrer. fol. 285. cū plurib. seq. ubi delictum istud plenè cū suis quali-tatibus, atque penis tra-ctat. Item an ea, quæ di-cuntur de assassinio, lo-cum habeat, ubi quipiã iniuriam propriam per seipsū uiscitatur auxilio aliquorū, quos pecunia conduxit. Et an, qui spe remunerationis auxiliū uiscitanti tulerunt, dicā-tur assassini. Item, & an ex eo, quod promissum eis generaliter tuit, & in certè; quod erga eos fie-ret. Et an ex eo, quod princi-palis subministrat eis expensas. Et an ex eo, quod principalis eis scuta paulò ante factum dedit, ut post factum haberent, unde se alerent, & seruaret. Unde de omnibus ubi-tiliter, atque eleganter per Gabr. Eugubin. in illius conf. 179. per totum. Sed scias, quod assassinus dicitur, qui sine pecunia, ut domino placeat, uel obediatur, secundum Io. Andr. in c. pen. de cleric. non resid. & per Ang. consil. 14. incip. Nos Carolus, quem uide, & etiam per Carrer. in pract. crimi. §. homicid. 5.

§. ASSASSINIVM.

Assassinus est ille, qui al-
quem Christianum occi-
di pretio mādatur alteri, sine in-
fidelis, siue Christiano. Et hæc
est comm. opin. ut dicit Aret.
conf. 163. post nu. 17. ubi sub-
dit, quod fortè etiam est consuetu-
dine approbata; quem refert
Placa. lib. 1. delictorum, c. 19.
numer. 2. & Vinius in lib. com-
mun. opinion. in uerbo, Assassi-
ni omnes. Capic. decisio. 155.
Grammat. rot. 8. & 9. Et dicit
Practice. Conradi, fol. 237. n. 1.

- 8 Assassinus non dicitur accipiens pecuniam pro expensis ran-
tum faciendis.
- 9 Pecunia data pro assassinio cui sit applicanda.
- 10 Assassinus non dicitur occidens sub spe equi sibi donandi.
- 11 Assassinium non committit interficiens sub spe consequendi
hereditatem occisi.
- 12 Appellatio non admittitur in crimine assassini.
- 13 Assassinium requirit occisum esse Christianum.
- 14 Et in dubio interfectus præsumitur Christianus.
- 15 Baptismus uicentis an præsumatur in dubio.
- 16 Baptizatus præsumitur qui ex Christianis natus parentibus
inter Christianos fideliter est conseruatus.
- 17 Baptismus unico teste probatur.
- 18 Assassinus clericus puniatur per Iudicem laicum.
- 19 Diffidatus quis proprie dicatur, remissiuè.
- 20 Assassinij pœna non tenetur inquisitus de auxilio.
- 21 Assassinij pœna non tenetur mandans, si mandatarius præ-
mio, & particulari odio motus est.
- 22 Assassinium quibus argumentis probetur.
- 23 Et an per socios criminis remissiuè.
- 24 Assassinij crimen est enorme, & atrox.
- 25 In omnibus licet iura transgredi in puniendo.
- 26 Magistratus maiores qui dicantur.
- 27 Sicariorum, seu assassinorum origo.
- 28 Assassinij pœna circa mandantem, & mandatarium, qua
sit in Regno Neapolitano.
- 29 Assassinij affectus puniatur, licet non sit secutus effectus.
- 30 Clericus an possit puniri de assassinio a Iudice laico.

numero quinto, ubi declarat. Giach.
a Assassinus.] Boss. ut. de for. compet. num. 241. ubi etiam
aliter ampliat. Vide Decian. tract. crimin. tomo 2. libro 9. cap.
30. & tom. 1. lib. 4. cap. 26. num. 17. Farina. de eius mat. q. 123.
uolum. 4. in spec. 1. numero primo, & sequent. secunda in spe.
num. 19. & in spec. 3. nu.
46. & in spec. 4. num. 47.
& 5. in spec. nu. 133. lib.
1. com. opin. uerb. Assas-
sini, fol. 30. cum ibi ad-
ditis, præcipuè Gabr. lib.
7. commun. opin. concl.
1. Bal. conf. 384. libro 5.
Farinac. d. q. 123. in spec.
2. nu. 26. & 27. ubi etiam
de ratum habente, & d.
in spec. 4. n. 77. & 79. ite-
rum de mandante, & nu-
mer. 119. & 128. & in
spec. 5. nu. 147. Ros.
a Assassinus.] Adde
qui t̄ dicantur Assassi-
ni, & unde effluxerunt
per Menoch. de arbitra.
iud. cas. 360. num. 41. Et
in materia istius delicti, uide Gabr. in libro 7. conclus. 1. ubi
plenissimè, & inter alia habetur, quod t̄ uerans pro pec-
unia non committit assassinium, si non sequatur mors; &
ita etiam tenet Ioan. Anton. de Nigr. in cap. septimo frequens
sub num. 68. uerf. quod si quis mandauit, licet Alexan. in con-
sil. 166. circa fin. uolu. 7. contrarium tenuisse uideatur. Vide
etiam Mascard. de probation. conclus. 137. & 138. part. 1. ubi
latissi-